Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aliqualis ebulitio et postea fiat cola-
tura, et cum sufficienti quantitate zuccari
antiqui, fiat syrupus, et clarificetur
cum albumine ovi, et exhibeatur ℥ i
pro vice, cum decoctione mastice, mente,
et corall', Et hoc est maximi iuvamenti
in dissinteria. ¶ Conferunt etiam in hoc
casu trocisci de terra sigillata, trocisci
de karabe, trocisci de spodio, trocisci de
bolo armeno, Et hij trocisci sunt magne
efficacie in hoc casu. ¶ Re apij casto-
rei an ℈ i sanguinis dra. karabe. gum
arabici draganti ustorum an ʒ i ß aca-
cie ypoquistidos licij anthere. balaustiarum
granorum mirti granorum granatorum an ʒ i boli
ar. terre sigill. an ℈ iiij gallarum lapidis
ematitis an ʒ ß macis ʒ i ß thuris ʒ
ß mastices ʒ i gallie muscate gariofi
nucis muscate an ℈ i seminis nasturcij
torrefacti ʒ i omnia subtilissime pulveri-
sentur, et cum succo arnoglosse et mus-
cillagine psillij fiant trocisci, et sit
quilibet ponderis unius ʒ aut ex illis
fiant pillule, et exhibeantur cum succo
plantaginis, aut cum aqua decoctionis
balaustiarum mirtillorum sumach acacie
licij ypoquistidos. mastice thuris, et
consimilium. Aut exhibe pluries ex-

Pille efficaces

105

107